



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Tractatvs De Censvris Romano Pontifici Reservatis**

**Ugolinus, Bartholomaeus**

**Venetijs, 1609**

Vers. Ac omnes eorum fautores.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61365](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61365)

ligi debet. argumen. le. de pretio. ff. de publ. in rem a&. Quid igitur concludendum? Ego sic distinguendum censeo. Aut hi infideles pacifice viuunt cum christianis, & in terris christianorum, sicut multi Hæbrei Romæ; & in hoc casu, qui contra hos piraticam exercerent, in excommunicationem hanc incidere censeo, cum ob rationem proximè allatam, tum quod Romanis legibus viuunt, & offendit non debent, ut habetur in leg. iudei. 1. & in leg. nullus. C. de iudæ. Nec obstat cita. capitul. excommunicationi, nam Bulla nostra simpliciter loquitur, præterea hoc redundaret in damnum Ecclesiæ, quandoquidem mercatores huiusmodi ad christianorum Vrbes merces non deferrent, quod est contra mentem ipsius Bullæ, quæ christianis professe, & non obesse voluit. Aut non pacifice viuunt cum christianis, & tunc contrariam opinionem veriorem conciudo, cum ob rationem redditam, tum quod proximæ redditæ hic cessant; sed de prima parte huius capituli haecenus, ad postremam, in qua fautores, receptatores, & defensores horum excommunicantur, transseamus.

## Vers. A communes eorum fau-

tores.

S V M M A.

- 1 Fautor piratarum quisnam sit.
- 2 Fauere piratis, quot modis quis dicatur.
- 3 Fautor piratarum in excommunicationem incidit, quæ regulæ, quoisque patet, declaratur.
- 4 Fautores piratarum qui in excommunicationem non incident.

**H**ic excommunicantur fautores eorum, qui maritimis lastrunculis, & piratis iam dictis fauent. Sed ut rem dilucidiorem habemus, duo præmittenda sunt. Primum quid sit fautor. Deinde quot modis fauere continet.

- 1 Quoad primum igitur fautor piratarum ille dicitur, qui ob piraticam quacunque ratione eis opem fert, iunctis iis, quæ diximus Capite primo in versi. Fautores; quamobrem quoad hoc nihil præterea dicimus.
- 2 Quoad alterum † duobus modis quis fauere dicitur vel verbis, vel factis. Verbis, ut pote consilendo quid agant, quo expolient, ut sensit Nauarr. in Mag. capitul. 27. numer. 59. versicul. Declaratione prima, ibi. Et negari non potest. Item fauere dicitur, qui ei significat, quando aliqui nauigaturi sint, & quando mercatores diui-



diuites transeant, & quomodo  
grandem prædam agere possint.  
Item si naues christianorum eos  
persequentes cellauerit, & ubi sint,  
indicare noluerit. Item, vbituto  
aquari possint, eos docuerit, & alia  
huiusmodi. Rebus autem fa-  
uet, qui ipsis aut arma, tela, na-  
uesve eis præbet, aut ea, ex quibus  
veteres sarciantur, recentesve  
fiant, & sic aut ligna, aut canabæ  
eis præbet, aut pulueres, plumbū  
ve ad bombardas necessaria, aut  
comeatus præstat, ac demum ali-  
quid efficit, quo artem illam exer-  
ceant, & in illa perseverent, atq.  
sic sensit Rebuff. in Prax. benef. in  
expositione Bullæ cœnæ Domini.  
artic. 2. in verb. Auxilium. Qua-  
re, & remiges, qui remigando eis  
opem ferunt, fauere his maxime  
dicuntur, nam & eundo cum ali-  
quo quis auxilium dat, vt ait  
Bald. quem refert Rebuff. ibid.  
& ob id fauere. His præmissis, reli-  
qua enim ex dictis in primo ca-  
pite in verb. Fautores, haberi pos-  
sint, iam regulam de more ponam.

In excommunicationem igit-  
tur hanc fnt incident, qui latruncu-  
lis hisce maritimis, ratione qua-  
piam, re scilicet, aut verbis fauēt,  
& tam per se, quam per alios. Quę  
regula eisdem modis amplifica-  
tur, quibus amplificata est supe-  
rior regula. Item regula proposi-  
ta in cit. vers. Fautores, cap. 1. iam  
igitur casus, in quibus fautores in  
excommunicationem non incident,

ponamus.

In excommunicationem igit-  
tur hanc fnt non incident fautores  
in illis casibus, in quibus non in-  
cidunt ipsi Piratæ, quos in supe-  
riori regula posuimus. Item neq;  
in casibus positis in eo. C. 1. in cit.  
vers. Fautores.

Quare in excommunicationem  
hanc fautor ille non incident, qui  
eis in aliquo subuenerit probabi-  
liter ignorans esse tales. argumen.  
cap. A apostolicæ de cler. excomm.  
min. & cap. fin. de constit. libr. 6. Si  
ergo e naui exeentes adeunt ali-  
quem hospitem, cauponamve pe-  
tendo sibi panem, ac vinum præ-  
stari, haec præstantes in excom-  
municationem non incident, si  
probabiliter eos tales esse ipsi  
ignorent.

Non incident etiam in excom-  
municationem, qui coactus ei o-  
pem fert, vtpote captiuos a se ta-  
ctos remigare cogunt, vel hospi-  
tem aggrediuntur, & cum nō pos-  
sit se tueri, permittit omnia eos ac-  
cipere, quæ volunt, hi ergo in ex-  
communicationem nō incident,  
quandoquidem proprie hi fau-  
ere non dicuntur. argumen. cap. fa-  
cias, de ijs, quæ vi metusve caus.  
fiunt, atque sic de christianis ser-  
vis factis infidelium, qui remigū  
officium obire coguntur, dixit la-  
cob. de Graff. libr. 4. decisi. cas. con-  
sc. in expositione Bullæ Cœnæ Do-  
mini. nu. 55. & facit ad hoc quod  
dixit Nauarr. in Man. cap. 27. nu-  
mer. 63. in fine, ubi in simili idem  
dicit,

dicit, quamvis peccent. Idem asseruit Tolet. in Bulla Cœnæ Domini, Excomm. 5. in fine, ubi remiges peccare & ipse asserit contra christianos remigantes, quamvis metu mortis id faciant, id quod & pluribus tradidit Nauar. in capit. ita quorundam. no. 1. 1. numer. 10. cum sequ. de Iudæ. qui tamen eos in excommunicationem non incidere inquit.

Non etiam, qui eis in necessitate faveat, ut supra diximus de hereticis.

Postremo, ubi universitas eis favet, nam quod universitas excommunicationis capax non est, ut habetur in capitul. Romana. §. in universitatem. de sentent. exc. libr. 6. ob eam rem pœnam hanc evitabit, aliam tamen patietur. at gum. cap. postulasti, de iudæ. reliqua vide in eod. cap. 1. in ver. Fautores.

### Verſ. Receptatores.

S V M M A.

I Receptator piratarum in excommunicationem incidit, que regula, quoque pateat, etiam declaratur.

**H**ic excommunicantur, qui recipiunt hos latrunculos maritimos ac Piratas. Et quoniam, quinam receptator sit, diximus in cap. 1. in ver. Receptatores, ob ea

rem hoc omisso, regulā breuiter ponamus.

In excommunicationem hanc quoque † incident receptatores horum latrunculorum, quæ regula locum habet, vel ipsos, vel sua recipient, & sic de habitacione eos accommodent, ut dixit Rebuff. in Prax. benef. in expositione Bullæ Cœnæ Domini. articulo secundo. versicul. Auxilium, sic enim & furti tenetur, qui res futtiuas a fure habitas recepit, ut habetur in §. conceptum. in fine. in Institut. de obligat. quæ ex delicto nasc. locum etiam habet in omnibus casibus, in quibus antecedentes regule locum habent. Hanc tamen pœnam euadunt omnes in casibus, in quibus Piratae etiam euadunt, & ipsi fautores, & in quibus hereticorum receptatores euadere diximus. eod. versi. Receptatores.

Et quoniam de defensoribus eadem sentimus, quæ de defensorebus hereticorum antea diximus in capit. 1. versicul. Et generaliter quoslibet illorum defensores; & hec regula easdem ampliationes, exceptionesque patitur, quas superiores regula huius capituli patiuntur, ob eam rem ipsis omissis, ne actum agamus, ad quartum capitulum veniamus.

De

